



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 106. Regiæ Parisiensis Curiaë decretum contra Marianæ librum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

tem docendo & concionando diligenter Sæc. XVII.
 inculcare velint. A. C. 1610.

§. CVI.

*Regiæ Parisiensis Curia decretum
 contra Marianæ librum.*

Hæc jam die vigesima septima Maji *Rigault.*
 Parisiensis Curia Facultati injun- *cont. Thuan.*
 xerat, die autem quarta Junii Edmun- *l. 3. p. 303.*
 dus Richerus tum Sorbonæ Syndicus, *Argentre*
 cum præfatum decretum Parisiensi Cu- *l. c. Serres*
 riæ obtulerat, illud Regiis Consiliariis *Franc. Hist.*
 remittere jubebatur, simul exponens, *pag. 884.*
 quod Joannis Marianæ, Clari Bonar-
 scii, vel potius Caroli Scribanii, &
 Emanuelis Saa Jesuitarum opera om-
 nium manibus terantur, etsi in illis im-
 pia hæc dogmata essent stabilita, ac
 præcipue Mariana in suo libro *de Rege*
& Regis institutione Moguntinis literis *Argentre*
 excuso quatuordecim execrandas Blas- *l. c. p. 39.*
 phemias in Henricum III. Regem evo-
 meret, & decreti Constantiensis Sy-
 nodi auctoritatem plurimum deprime-
 ret. Igitur Regii Consiliarii, ut parricidium ab hujus Theologi doctrina profectum ostenderent, illius librum per carnificem comburi præceperunt. Verum nonnulli Curia Patres existimationi Societatis consulendum censebant, alii hac agendi ratione indignationem

Sæc. XVII. summi Pontificis incurri obtendebant,
A. C. 1610. ac denique nonnulli Sorbonæ decre-
 tum, utpote sine Parisiensis Episcopi
 consensu editum, omnino irritum esse
 pronuntiabant. Verum hisce rationi-
 bus prævaluit numerus consentium
 pluris habendam esse Status Regisque
 securitatem, quam Pontificis aut Pa-
 risini Præfulis auctoritatem: Horum
 multitudine ceteri velut torrente abrepti
 Regionum sententiæ accesserunt: unde
 die octava ejusdem Mensis hoc decre-
 tum ad acta relatum, & Marianæ Je-
 suitæ liber ante primariam civitatis
 Ædem a carnifice combustus est, in-
 dictis læsæ Majestatis pœnis in eos, qui
 præfatum librum, vel alium ejusmodi
 aut venderent, retinerent, aut typis
 edi curarent: additum insuper in hoc
 edicto, ut certis deinceps per annum
 diebus Parochi Sorbonicum Decretum
 in Templis e superiori loco recitarent,
 verum Gondius Parisinæ Ecclesiæ Epi-
 scopus ejusmodi clausula suam aucto-
 ritatem lædi ratus intercessit, atque
 ad Sanctius Consilium provocavit, a
 quo etiam hæc sententia rescissa, re-
 pugnanter licet Senatu, & abrogata est,
 quamvis in edicto contra Marianæ librum
 promulgato observatum fuisset, quod
 Senatus Marianæ nomen quidem ex-
 presserit, illud tamen *Jesuitæ*, vel *Hi-*
spani

P. Juv. hist.
Soc. l. 12.
p. 5. p. 84.
Es 124.

Spani reticuerit. Par autem moderatio Sæc. XVII.
 adversariorum non exstitit, qui Ma- A. C. 1610.
 rianæ doctrinam ab universa tradi So-
 cietate, huncque librum ab eorum Ge-
 nerali vel Deputatis ab eo Theologis
 approbatum fuisse, tanto furore sparge-
 bant, ut parum abfuerit, quin populus
 ad discerpandos Jesuitas prorumperet:
 Attamen Ludovicus XIII. hortante Re-
 gina sua Matre editoque diplomate Socie-
 tatis in Gallias restitutionem ratam ha-
 buit, & Parisiensis Antistes testatus
 est, hosce rumores meras esse calum-
 nias, Patresque Societatis a Parricidii
 sceleribus longe abesse: ipse etiam Clau-
 dius Aquaviva die octava Julii episto-
 lam encyclicam edidit, qua inhiuit,
ne quis ex Jesuitis affirmare præsumat,
licitum esse cuicumque Personæ quocumque
prætextu tyrannidis Reges aut Principes
occidere, vel mortem eis machinari: Obiit
 Joannes Mariana primum anno Christi
 millesimo sexcentesimo vigesimo quarto,
 nec tamen illum ob impium hoc dogma
 in Societate unquam castigatum fuisse,
 legimus, forte, quia, ut ait P. Juven-
 cus in sua Societatis Historia, circa
 hanc materiam *aliter Hispani, aliter*
Galli sentiant.